



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Nosset, & exceptum vitæ seruare pararet,
 Stemmati hic sacri nam claro nobilis ibat
 Eoch in cœ A proauo, quem prisca fides & conscientia virtus
 lumvius ra In cœlum sine morte tulit; sic celsa petenti
 ptus. Gen. 5. Successit magnis non impar filius actis.
 Nec minimum est illum salui cum corporis usu.
 Terrenas liquisse domos, intrasse supernas.
 Quāquā quo Noe proauus coscenderat Enoch
 Quarti Elias cursu post tempora longa secutus
 Reg. 2. Scribitur ignitis scandens penetrasse quadrigis,
 Quum suspensa leues transmitteret orbitaventos,
 Vngula vel premeret cassato pondere nubes,
 Vallatumq; ferens sanctum non vreret ignis:
 Et motus seruans nesciret flamma calorem.
 Nos igitur satis est cœlum potuisse mereri
 Membrorum sub lege sitos: sed non tamen illud
 Segnius admirer, sancti quod tempore Noe
 Vnus ob meritum natis nuribusq; tuendis
 Orbis in exitio adlatam nouere salutem.

CAPVT VII.

EST ille in cœlis numeros qui præterit omnes
 Angelicus sine fine chorus, qui laude perenni
 Conclamat celebratq; Deum, famulatia suetus
 Ferre

Ferre ministeria, & iussis parere supernis.

Hinunc quod rectum mortalia corda precatur,

Concipitur dignis sacro quod pectore votis,

Quicquid larga manus collectis spargit egenis

Excipiunt, sanctoqz ferunt super astra volatu.

Quinetiam iustos fragilis dum vita fatigat

Tutantur, mundiqz inter discrimina seruant.

Sed tamen in cunctis præcellit clarius ille

Gabriel.

Maxima quæcz Dei quo dispensante ministro

Res geritur, rebus mysteria qui parat altis.

Hic dominum cœli venturum corpore sumpto

Virginis intacta iussus predixit in aluum:

Luce*r.*

Sacraqz dotali compleuit viscera verbo

Hic & baptistæ præcurrrens nuncius ortum

Luce*r.*

Desperata diu dum ferret germina patri,

Inter sacra virum conterruit; & dubitantes

Protinus insolito restrinxit more loquelas:

Zacharias

Donec prædicto fœcundam redderet ortu

mutus.

Prolis anum: multos sterilis que deniqz in annos

Fudit diffidens effœta puerpera fœtum.

Hic rerum solers summusqz archangelus ille

Aëra per liquidum leuibus circundatus oris,

Vibrataqz mouens ignito in corpore pennas,

f Nulli

Nulli conspectis ad terram motibus ibat.

C A P V T

VIII.

ET tum forte gemens cunctorū criminā Noē
Inflexis stratus genibus cū supplice planctu
Mundanis veniam mundo nolente petebat,
Quum subito clausis foribus tamen aliger intrat
Conspicuus claro resplendens nuncius ore.
Horrescit visu tanto perterritus heros:
Mortalisq; oculus fulgorem ferre supernum
Vix valet: & pauidi detorquent lumen vultus.
Ille salutiferis primum mulcere timentem
Agreditur verbis, cœlicq; exponere iussus.
Hæc per me summus pelagi terræq; creator
Imperat ut primum concessa pace quietus
Excipias: nostrisq; fidem des optime verbis.
Insperata quidem cunctis sententia lœti
Imminet: hanc solus sed enim tu euadere cladem
Et præscire potes: nam te calcata voluptas
Iampridem rectum toto disreuit ab orbe.
Vnica sed quoniam sæuo te excludere lœto
Forma modusq; potest: tantos euadere casus
Qualiter incipias, paucis ex ordine fabor.
Gen. 6. Finis erit rerum permisſis vndiq; lymphis:

Atq;